

8 10
P R O P E M T I C A

H O N O R A T I S S I M O

A C D I S E R T I S S . V I R O , P R A E -
claro ingenio, vera pietate, erudita doctrina, & morum
integritate praestanti, Dn: Nicolao Tancko Debrecino,
post felicem studiorum suorum plusquam biennii spatio
fideliter continuatorum mercaturam, ex celeberrima
Vvitebergensium Academia, in Vngariam patriam dul-
ciss: 29. Septemb. ituro, pro sinceræ amicitiae &
jucundissimæ consuetudinis
memoria

Ab Amicis & Popularibus scripta.



Anno à Virginis partu clō. lō. x x c v i i i .

V V I T E B E R G A E
Excudebat Clemens Schleich.



EPIGRAMMA
AD ORNATISSIMUM ET
humanissimum Virum, Dn. NICOLAVM TAN-
ko DEBRECINVM, amicum
charissimum.

Ω φίλε Νικόλεω, ἡμῶν κεχαρισμένε θυμῷ:
Ω φίλε ταῖς τεχναῖς εὐσεβήητε κλύτε:
ἀλλ' ὁ δ' ἀπὸ τοῦ πύρρ' οὐδὲ δεικνύεις, ὥς φάσιμ, ἄνε
τούς πατρίδ' ὅ καὶ πνεύσε λαμποτέρως ἐρλύναι:
πισότερ' ἢ τῶν μάρτυρ κατὰ παντὰ ἐσθ' ἔται.
ὅς μεγάλων λαῶν ἄρεα πολλὰ ἴδε.
εἰπετε Λευκορίδες τάγε χέτλια μέτρα ἀδελφοί
εἰπετε, αὐτοῖς ἄγ' πατρίδ' ἀπέναι ἔλω
ὅς μεγαλόντε Ἀριστέλῳ δέοντε πλάτωνα,
καὶ καλὰ τοῖς χρίσιν δόγματα πάντ' ἐδάμ.
Χαῖρε δέ, ὦ πατρίε, καὶ πᾶσι Πάννονις ἔδλῃ.
Γηθ' ἐε Δεβερεκίς εἴνεκα Νικόλεω.
Χαῖρε καὶ ὦ νικῶν τούε λαοῦς πίσε ἔταυρε
Χαῖρε καὶ αἰδίου δέξαι ἄρισε κλέος.
Ἐγὼ δ' αἰεὶ ἔλθωρ ἐπὶ πατρίδα γαῖαν
ῥήσιμα εἰπε θεοτοίε καὶ χαρίεντα δεῖ.

Iohannes C. Z. Decius.

ORNATISSIMO VIRO, MUL-
TIPLICI DOCTRINA, PIETATE,
Et virtute prestanti,

NICOLAO TANCODE
BRECINO VNGARO, ANNVO COM-
mensali. & in Christo fratri suo charissimo, reditum in patriam ex
inclyta Academia VVitebergensi paranti, Psalmum gra-
duum secundum, ceu ἐφόδιον comitemq;
itineris addidit, num. 121.



Vilius est unquā mens agra, atq; anxia curis:
Quam non Psalmographus voce levare
I dem quos in eas passus tibi dicter eunti (queat:
Fines in patrios, unde profectus ades.
C onfidens igitur, divina poemata Vatis
Quas tibi signabunt noveris ire vias:
O mnia prospicient eadem tibi porro docendo
Signa pedum, quē tu progrediāre locis:
L anguido, & exhaustis tribuēt quoq; robora mem-
Existēt Nautæ, portus, & aura tibi. (bris;
A dsiduó has igitur recitabis pectore voces,
Quæ tibi ceu clypeus, turris & instar erunt.
O mnipotens etenim rimatur viscera, scuto
Munit quos fidei lumen habere videt.
T ollo oculos ad te Sator unice, conditor orbis:
Spes est in manibus nam mea tota tuis.
A uxilio precor esto mihi per inhospita eunti;
Fac citò, fer supplex quam tuus ambit opem.

I. pars Psal-
mi precatio
est.

II.
pars Psalmi
est. Votum
Spiritus S.
ἐδοιποροῦ,
annuentis.
& preces ra-
tashabentis.

Nunc tua me pietas septum, ut fortissima rupes,
Protegat, hæc eadem dux sit ubiq; via.
Cursus ab insidiis & ab hoste & peste remotus
Sit procul: Hæc vitæ rumpere fila veta.
Omne mihi auxilium cœlesti à numine mânent:
Quod mare, quod terram finxit & astra poli.
D et tibi firmato, de summo vertice cœli,
Lubricet ut nunquam planta vel ima pedis.
E cce Deus pernox custos te servat amatum:
Cujus non capiet lumina fessa sopor.
B ellicus excubitor tuus ipse est, turba fidelis:
Israeligena quo duce tuta cubant.
R egis & illius suavi versaris in umbra:
Hujus magna tuum contegit ala caput:
E xpers cladis eris, cum clari syderis aura
Solis equos revehet Diua pudorieolor:
C unctum somniferæ moderabitur aëra noctis,
Ne noceat capiti luna peruda tuo.
I, Sospes proprio te Iesus tegmine vallet
Obnubatq; vias ipsius umbra tuas:
N aviter egressum Te Christus protegat, ac hinc
Ingressum patriæ prosperet aura patris.
O cyus innocui fundentia sanguinis undas
Destruat Turcarum tela cruenta Deus.

Andreas Iodocus Theol. D. & Prof. VVi-

tebergæ f. 12. Cal. Oct. anno 1807

1 5 8 8.



A L I V D.

C Hare Deo, & Musis, adeo quoq; chare future
Omnibus, Aonias qui venerantur opes.
Viuidus ut solis calor, & pluvia aethere fusa
Germina purpureo sparsa colore creant:
Talis erit vita, cui jam te dedis imago,
Niclaë, o animi pars memoranda mei.
Vox tua, Sol: pluvia, Musarum flumina: flores,
Qui nascentur, erunt turba minuta schola.
Hi quondam flores, aras, fora, templa replebunt,
Merces in cœlo, lux tibi Solis erit.
Perge igitur plenumq; pij cape munus honoris,
Omne tibi, ut nomen fert, benè cedit opus.
Jamq; tua specimen sub luce videbimus artis,
Cum Christi incipies fortè docere gregem.
Aggredere, & misera doctrinâ consule plebi;
Non benè diuitias in scrobe terra premit.
Jam dudum STEPHANVS (cui debes cuncta fauenti)
Incolumem SABO te rediisse cupit.
Cuius, Leucoræa dum vivis in urbe, benignam
Sensisti in studijs indubitanter opem.
Nunc quavis, celebris virtute Siderius, hora,
Felicem reditus optat adesse diem.

A ij

Es

*Et tibi quo fuerat vix hic coniunctior alter
Bulla, mihi simili iunctus amore, fide.
Nos quoque cum votis Francisci vota daturi,
Cumque Feleghasio, molle precamur iter.
Ergo decus patria, Musarum gloria magna,
Et quò te pietas, quò iubet ire Deus.
Tuque sodalitij mihi fœdere iuncte Iohannes,
O Tholnae mea semper amande fide.
Vade, comesque via Andrea comes atque laborum;
Jamque valete simul pectora trina diu.*

*Balthasar Mencius Saxo Nimecius M.
Peripatetica Philosophia in Aca-
demia Vitebergensi Publ. Pr:*

A L I V D.

Πάντα θεὸς ἐβλάψι βαρυκτύπῳ ἀννεταί' ἔργα,
ὧ γε δέλει μοίρῳ, καὶ νέμει βίοτον.
οὐδέ τι χλὺ μὲν ὅλως θυκτοὶ λαύτηρα ἔχουσι,
ἀλλὰ τοὶ ὄρανις πᾶρ γὰρ ἔκκτι δεῖ;
σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, οὐ πλὺ διάλαυσιν ὀφείλει,
ὑπόθερ ἠγάθεον πνεῦμα κατερχόμενον.
εὐπορίαν μὲν ἔδωκ' ἀγαθῶν κατὰ φύσιν ἐκάσῳ,
ὄρνις ἠλιβάτοις ἐν ταχύτητά πῆαυ.
ἐμφυτὸν ἄλκαρ ἀριστοπόνοισι πάσαισι μελίσσας,
κήρια ἠδ' ὑμελῆ αἶερ ἀγαρομύλας.
τοῖς δὲ πολλοὺς περ ἔεσι βροτῶς δῶνα μιν τε, λογόν τε,
ἀρχηγὸν ῥα πόρεν, καὶ μέγ' ἔρυμα βίης.
σπῆδ' ἀρετῆς πρὶ τῆς πάντοτε πάντες ἀριστοί,
ἠδὲ μαλίστα γέτοι τῆς διδασκῆς πρόμαχοι:
σοί γε γὰρ ἐν σπῆδι δῆκερ ἔδ' ἄρ' ἐνὶ μέσῳ
Νικόλειω, δεῖ ἔχεις φροντὶς ἀμαμμάκετον.

ἐνθάδε

ἐνθάδε πρὸς περὶ μετ' ἐταίροις ἐνθεῖο θυμῷ,
ἠὲ κατένευσεν Διὸς κτήματ' ἀρίστα τέκνα:
ἐν ταυθοῖ τόθι λαοιοέσων ἔδρα δεῶν
ἔσκηκε, καὶ καλὸν νόσφιν ἀγασίχορον.
οὐ δὲ εὐκλινῶν σκεθρῶς ξανθῶσι παρ' ὀχθαίς
λευκορίδων λίβα δ' ὅ, καλλιμα δῶρα φέρεις.
εἰσκήκησιν ἔχεις, ἀγανῇ καὶ γνώσει τέρπων,
τοῖσι θεοὶ ζώων ῥῆα δέλτασι βροτούς:
ὄννε ἐναύσι μ' ἔσι, βροτῶν δελιτηρία εἰδῶς,
βέλτα ἢ νέκταρ, μήτε κερ ἀμβροσία.
τοῖ' ἄρα καὶ Ἀλκινόοιο ἔσαν μήτ' ἀγλαὰ δῶρα,
μή καλὸς ἔσπερίδων ἄτῃα κεράλασ' ἔχα.
ἦδ' ἔσ' ἔσ' αἶερ ἔελδεαι ἡμᾶτα πάντα,
πατρίδι σὴ δῶνασαι κάρτ' ἀεξέμενα.
ὅτῃαν σ' ὑπὲρ μέδων Νέος, οὐ δέν' ὅσι μέγισον,
ἀσκηδὴ πατρίδ' ἐς λιμένας καθάγει.
ἡμᾶς διὰ καὶ δολιχῶν ὁδῶν, ἀργαλέων τε, μογήσεις
ὡς ἐνὶ πλαγχθοσάνῃ ἄλγεια πολλὰ παδῶν.
ἀλλὰ πολυτλήμων ἔαν ἦς συ, τῷ φρένες εἰσὶ
ἐμπεδοί, ἀντ' ἀνίης χάσματα καρποφορεῖ.
μή σου φοβῆς, κραδίῳ αἰνὸν γ' ἄχ' οὐτε ἰκάνη,
οὐ θυμὸν τ', ὁπόταν ἐν μάλα σῶ' ἔσῃ.
οὐδ' ἐτι τῆλε φίλης πατρίδ' ὅτ' ἀπείσεται αἰκῆς,
ἢ σ' αἰνῶς ποδὶσι δῶν μὲν ἀποσιχώμενον.
αὐτόθι τιμήσῃ καλῶν πρὶ κῆρι σοφίῳ τε
ἐνμάθειαν, μεγάλῳ καὶ ξενιῶσι γᾶν.
ἦδ' ὡς ἐθέλεις ἵεναι προσφυλέ' αἶαν
εἰς πατρίδ' ὅτ' λιπαρῶν, ἄμμερ ἄρ' ὦδε λιπῶν.
ἠνιδε Λευκορίδ' αἰ δ' ἑυνοϊκῶς τοι ἔχουσι
ἐκ ψυχῆς, κἂν ὁδοῖ ἠὲ γεραῶσι τέλῳ.
Νῦν δ' ἄγε ὧ τρήλῃσι, πόντ' ὅτ' ἄντε πατήσας
Νικόλειω, πατρίδ' ἡνὶ δ' ἄεξε ἄβρονον.
Νοσήσας λαοῦς, δὲ διδάσκ' ὁλοῶν ῥα παπίσων
δόγματα, πᾶρ τε λόγῳ ψεύδ' ὅτ' ἀπεργε δεῖ.
ὅτ' γε συ Παννονίῳ μοισᾶν ῥιζ' ἐμπεδ' ἔσῃ,
ἠδὲ κλέ' ὅτ' ὄσσε πατρίδ' ἄρετρα δεῖ.

Franciscus Nimehinius.

NVlla petendarum major possessio rerum,
 Dogmate cœlestis luminis esse potest.
 Cujus in extremo ruituri tempore mundi,
 Iam Deus excelsa spargit ab axe jubar.
 Et lux justitiæ remeat caligine pulsâ;
 Vt pulsâ Phœbus nube redire solet.
 Nil manet æternum, terit omnia longa vetustas;
 Quæ veniunt cœlo dogmata vera manent.
 Felix, thesauros qui novit condere tales:
 (Vt docet in multis pagina sacra locis.)
 Quos non tempus edax, quos non abolere vetustas,
 Invida nec caries quos vitare potest.
 Vita brevis nostra est; nec in artibus omne profanis
 Nos tempus, demito, ponere, fine, decet.
 Cedat Musa sacro, concedant tempora, verborum
 In verboq; Dei vesper & ortus eant.
 Hoc Paulus solum sese novisse fatetur,
 Hunc sophiæq; scopum prædicat esse suæ.
 Nos quoq; Musarum pulchras ita discimus artes:
 Christus ut illarum summa sit atq; scopus.
 Qui nobis nectar dabit immortale bibendum,
 Participes regni constituetq; sui.
 Hanc ad præscriptam metam properabimus omnes;
 Ne nos præcipientes devius error agat.
 Tu quoq; nocturno versans studioq; diurno,
 Niclae hanc partem; laude vehendus eris.
 Lustrasti Aonidum postquam studiosior hortos,
 Ingens unde tibi gloria jure venit;
 Et pia sanctorum didicisti oracula vatum,
 Quæ monstrant veram semper ad astra viam:

Dogmata

Dogmata vera tenes, alijs quoq; tradere vera,
 Ingenij rarâ dexteritate, potes.
 Est igitur meritò, tibi cur gratentur amici,
 Est, cur lætetur frater, amore tui.
 Scilicet ingenuo cunctas in pectore dotes,
 Magna quibus multis fama paratur, habes.
 Quid moror? his tantis & tot virtutibus auctus,
 Niclae, Aonij candida fama chori:
 Ecce paras abitum celebri de Pallados urbe:
 Cujus arenosos Albis inundat agros.
 Cur? quia sic divi poscit sententia fati:
 Vt referas patriæ commoda multa tuæ.
 Nicoleos, mihi quem viridi sub flore juventæ,
 Iunxit amor, patriæ dulcia tecta petis?
 Hactenus & multos unâ transegimus annos,
 Debrechia urbs nobis tecta paterna dedit.
 Adde quòd inter nos dolor, & genus omne malorum
 Mutuum, & alterius fors utriusq; fuit.
 Hæc ego contemplans, quid dulcis amice rependam?
 Nempe tuum in memori pectore nomen erit,
 Sic te (quod superest) si quando fata reducent,
 Iunget amor concors, dulcis amice, mihi.
 Quare carpe viam; nam te vocat ardua virtus,
 Vt captes studijs præmia digna tuis.
 Cuncta licet ferro latè grassentur & igni,
 Et sit nunc multis vita referta malis:
 Sævaq; discordes jam miscent prælia venti,
 Principe ventorum nunc reserante fores:
 Ille tamen coeptis aderit, cui est summa potestas,
 Quiq; potest casus ritè levare, Deus.
 Felices, hujus quos tangit cura parentis,
 Nam quibus est tutor, nil fera bella nocent.

B Huic

Huic igitur cunctas soli committito curas,
Ipse Deo felix auspice semper eris.
Muneris officio nostri fungemur & ipsi,
Fundentes viuo vota precesq; Deo.
Nam melior terris non est medicina malorum,
Quàm precibus iustis sollicitare Deum.
CHRISTE Parens rerum mundi melioris & author,
Iusta precor; votis præses adesto meis.
Nicoleo fer opem, sæuos compesce tumultus,
Barbara tu validâ contere tela, manu.
Inq; viâ, ærumnas, omnes casusq; leuato,
Atq; , vt auis plumis mollibus oua, tege.
Vt saluus patriæ tandem benè redditus oris,
Dogmate cœlesti pascat ouile tuum.
Hæc concede DEVS: sacras prostratus ad aras,
Vt celebrem laudes perpete voce tuas.
Hactenus: exaudit gemitus Deus; i pede fausto,
Atq; vale precibus subsequar ipse meis.
Tu quoq; qui patrias mox es rediturus in oras,
Mutua pro rebus suscipe vota meis.

Franciscus N. Debrecinius.

ALIVD.

Ceu vadâ Maandri linquens procul exit ad undas.
Candidus, ut pastus inde reportet, Olor.
Fervida cum nidis urgens exegit egestas,
Ne pereant nati, dum premit agra fames.
Ille per irriguos saltus, & prata fluenti
Pabula rimatur, donec onustus eat.
Ast ubi cœruleus pluvialibus insonat aër
Nubibus, & ventos humidus Auster agit:
recta petit, referens collectam saltibus escam,
Atq; redux tandem concinit ore melos.

Fallor?

Fallor? an hac aliter tua sors Nicolæ putanda est?
Dissimilemq; tuis rebus inesse putem.
Nam tua, dum lustrat pretiosi fluminis oras
Albidos, Hunniacis Musa reperta jugis.
Ad loca Leucothea procul à natalibus oris
Existi, quâ nunc irrigat Albis agros:
Pastibus ut diuæ nactis per prata Minervæ
Ore vehas populis, ceu vehit ales, opes.
Hinc, ubi cœlestis doctrina semina crescunt,
Vtilior cælo si riget imber agros.
Nam Deus augmentum doctrinæ cœlitus effert,
E tenebris postquàm lux inopina venit.
Finitimis, cujus causa, de partibus orbis
Aspice quot coëant agmina docta virum?
Militat Ausonius castæ ad pia signa Minervæ,
Leucoris ad fluvium militat Ausonius.
Oceani vel quos peninsula Dania mittit,
Gallia, vel doctis, docta Togata viris.
Vel quos insignis, generosaq; Pannonis ora
Educat ad clarum Martis & Artis opus.
Cujus amor nostris & te de finibus effert,
Vt bona militia tu quoq; signa dares.
Ne patrij cives, felici munere quorum
Castra colis, verbo deficiente, cadant.
In verbis nostræ nam fundamenta salutis,
Notitiamq; Deus, quærere sæpè jubet.
Vndè fit, ut certas hominum mens imbuat artes,
Vt studium verbi, noticiamq; juvent.
Nam postquàm à prima formavit origine Adamum,
Ex quo priscorum fluxit origo patrum.
Legem animis, verbumq; suum, præceptaq; sanxit,
Ante homines ut stet regula certa DEI.

B 2

Regula,

Regula, primævi quam sensit temporis ætas,
Cum vitam ad legem composuere Patres.
Ut cum posteritas horum pia facta videret,
In V E R B O Domini norma legenda foret.
Quod te, dum Phœbus bis iam duodena peragrat
Signa, sacris scriptis edidicisse puto.
Hic operam claris impendens artibus, omnem
Notitiam Christi, quæ quasi fulcra juvant.
Atq; triumphali Sophia munimine fultus,
Staret ut in nostro gloria vestra solo:
Ad vada currentis velociter inde Tibisci
Ire paras, nostros qui rigat amnis agros.
Ad vada Daciæ labentis ab alpihus unda,
Vtiliores quo vix habet Hunnus opes.
Aspera labe tem quando jam nubila Phœbum,
Velle sequi densa lubricitate vides.
Hoc est. Seruorum Christi decrescere summam,
Funeribus quorum grandia busta tument.
Id quod ab irati conspectu numinis exit,
Sive sit hoc pestis tabida, siue fames.
Omnia qua retro paucis labentibus annis
Vidimus, & nostras fleuimus inde vices.
Heu quibus ad tumulum beneolentia cinnama Musa
Spargite, nam dignus munere quisq; fuit.
Ut pia cælestis spires ibi verba Tonantis,
Vsis humanis quæ velit esse Deus.
Atq; lupos acres ab ouilibus inde repellas,
Ne Domini rapiant funditus ore gregem.
Ceu sunt doctrina qui tela typhœa nostra
Spirant, & nunquam molliter ire sinunt.
Namq; greges pastor densis cum sentibus errant,
Corpora de dumis lasa referre videt.

Sic

Sic Antichristi cedentem tramite falso
Ah miserum cernis sæpè redire gregem.
Quod tibi si menti stat iam sententia fixa,
Et ratio postquam nulla tenere potest:
Non equidem invideo, nec causam necesse morandi,
Consilium mutet ne mala causa tuum.
Ut bona militia signum des civibus ipsis,
Vestra quibus cura Musa benigna fuit.
Sea precor, ut superi ventis tua vela secundis
Insilent, ut felix hinc tua puppis eat.
Et Patriæ latum referens Nicolæ Triumphum,
Tellurem cernas quam pius Hunnus arat.
Hinc segetem verbi veris virtutibus ornes
Ut citius miserum crescat ouile Dei.
Vos ergo Musa vobis pia dona ferenti
Ferte citæ flores, lilia grata, thymum.
Cultaq; Nicoleo redeunti necesse sarta,
Quando tot insignes inde reportat opes.
Dignus erit sertis, mihi credite tempus in omne
Si quando illius vita superstes erit.

Demetrius Liscensis,

A L I V D.

I Re per Ionium mare quod tentarit Iason,
Expertus longæ sitq; pericla viæ:
Sospes in Aetæ socios perduxerit oras,
Vexerit ut patriæ vellus in arva suæ.
Mala quod Hesperidum decerpserit aurea fortis
Amphitryniades, sustuleritq; feras:
Laurigeri crebro cecinerunt carmine vates,
Sæpius Heroum hæc nunc quoq; facta canunt.
Sic Itacus sulcans Sigæi litoris undas,
Viderit ut varios, multaq; regna, viros;

B. iij.

Quod

Quòd mores hūminum multorum, inspexerit urbes,
Ad ravim vatum carmine turba canit.
Vtq; Pyrenæos montes, populosq; remotos
Viderit, & lato Lascus in orbe, viros;
Magnificis verbis hoc Sarmatis ora celebrat,
Laudibus hoc effert Theutona terra suis.
Iudice me, quantò celebratur dignius is, qui
Ingenij cumulat nobilioris opes?
Qui magnis animi patriam virtutibus ornat,
Ex alio orbe refert nec peritura bona?
Nec tantum varias perlustrat sedulus oras,
Non oculis tantum regna remota videt:
Vnde externa venit rerum prudentia: largè
Artibus Aonidum sed rigat ora sacris:
Castraq; Musarum, lustratq; Heliconia Tempe,
Quà magis Aonidum docta Lycæa vigent.
Quæ benè dum libras, trutinâ perpendis & æquâ,
Nicolaë Aonij maxima fama chori:
Extera non tantum tu perspicis oppida, solers
Sed tua Pierijs pectora tergis aquis;
Leucoream flavus quâ præterlabitur urbem,
Saxonix pingues findit & Albis agros.
Ac tu desudas dum sedulus artibus, hîcq;
Castalij fontis munera larga bibis:
Zodiaci exegit rutilans bis Cynthius orbem,
Flava bis est curvâ falce resecta seges;
Albidos unda fuit bis tardis pervia plaustris,
Area bis frugum lata recepit opes.
Scrutatus Vatum es vigil hîc monumenta sacrorum,
Trivisti assiduâ sacraq; scripta manu.
Iam tibi concentus Philomelæ notus ad unguem,
Cycneæ est notus jam tibi cantus avis.

Iam

Iam tibi divini sunt obvia scripta Lutheri,
Iamq; tuo ingenio Biblia sacra tenes.
Pegaseis undis jam largè labra rigasti,
Perfusus verâ es cognitione DEI.
Ergò tui tandem iussu revocabere fratris,
Nicolaë ô animi portio magna mei:
Actandem linques Musas in Theutonis oris,
Nicolaë ô patriæ gloria magna tuæ.
Cura tuam quæso nil torqueat anxia mentem,
Vt diues studijs, deseris Albis aquas.
Aspice nunc orbam patriæ Doctoribus oram,
Et deserta sacra docta Lycæa scholæ.
Expetit auxilium tandem studiosa juvenus,
Terra tuam tandem patria poscit opem.
Te nimis expectat justorum Ecclesia mater,
Quare agè rura rogo patria lætus adi:
Arteq; desertam doctâ formato juventam,
Instrue cultores jamq; Heliconis agè.
Cum Labyrintho Theseus evaserat orbe,
Minois natæ fila sequutus erat.
Tu quoq; si Logices puræ præcepta sequeris,
Et quicquid culto Tullius ore monet;
Sic tu ritè reges juvenes, sic arte Lyceum,
Afflabit velis sic levis aura tuis;
Sicq; decus summum sedi præbebis avitæ,
Florebit studiis Pæonis ora tuis.
Theutoniæ quamvis modò rura relinquis, ut Irus,
(Verum animi magnas pectore condis opes.)
Sed tamen, haud dubito, quin tellus Pæonis in te
Conferat optatâ munera larga, manu.
Nunc tuus ardenti te expectat pectore frater,
Hîc ubi vinetis Tharchalis ora jacet:

Illius

Illius impensâ celebrasti Leutorin urbem,
Ac vidisti opibus Saxona regna suis:
Hunc, cupio, videas felici sydere fratrem,
Hunc omni fratrem tempore gratus ama.
Pesthinum, incolumes, Göncinum, Sideriumq;
Siderium, rarâ dexteritate virum;
Siderium, quo vix, ipsoq; Palæmone teste,
Pannoniæ sydus clarius orbis habet,
Ac Fabium videas, Christo simul auspice, nostræ
Ac reliqua Hungariæ lumina clara, precor.
Quod reliquum est, sospes nullo discrimine rerum,
Det, pacata, adeas, Pannonis arva, Deus.

Alexander R. Samoskózi.